

Conrad Schuckmann Christian Klein

Disquisitio Academica De Dominio Eiusque Acquirendi Modis Iure Gentium

Rostochi[i]: Richelius, 1653

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn732600928>

Druck Freier  Zugang




Büchle,
Eigentümer
und dessen Gewerbe nach dem
Völkerrecht

RU für 1653

Conrad Schückmann, Praes.

Christian Klein, Resp.

1a



17/160
I. N. D. N. I. C. A.
Disquisitione Academica
DE
DOMINIO
EJUSQUE ACQUI-
RENDI MODIS JURE
GENTIUM


Vol. Disp. p. 403.
Quam
ANNUENTE DIVINI NUMINIS GRATIA
Autoritate & Consensu Nobilissimæ Am-
plissimæq; Juridicæ Facultatis in Almâ
Patriâ Academiâ,

PRÆSIDE
Viro Amplissimo, Consultissimo,
DN. CUNRADO Schuckmann/
J. U. Doctore, Promotore & Præceptore
suo æternum honorando

*In Auditorio Majori, placido Eruditorum
Examini subicit*
CHRISTIANUS Klein/ Rostoch.

A. & R.
Anno Christi 1712, Id. LIII. 19. Februarij.

1653
Rostochi
Typis Johannis Richelii, Senat. Typographi.





C. B. D.

Thesis I.

Dicturi de DOMINIO, ejusq; Acquirendi Modis Jura Gentium, prius cum Jcto in l. 1. pr. l. 2. § 2. ff. de Reb. Cred. l. 1. § f. ff. de Test. Mil. dubiam vocis originem operæ precium erit, excutiamus. Hoc Varro l. 4. de Ling. Lat. à domo, quod à Græco δῆμος, ædifico. Tholosanus 1. Syntag. Jur. 12. n. 2. à δαμάω domo, subjicio, Alciatus ad l. 17 § 1. ff. de Acq. vel Am. Poss. ἀπό τῆς δόμου à dando. Giphanius in Rubr. de Acq. Rer. Dom. ab antiquo Dubenus, ex Festo, quod ab Hebræo דבון bona, ut dominus sit is, qui in bona imperium habet, derivant. Nos cum Ampliff. Dn. D. Tabore Element. Jurispr. part. 2. tb. 6. & communi Dd. Scholâ, Dominium à Domando vel subjiciendo, hoc à Domô dicimus; Quia is certè dominus est, qui in domo dominium habet, per l. 195 § 2. vers. Paterfamilias ff. de Verb. sign.

2. Vox Dominii πολύσημο est, famosiores autem significationes hæ sunt. Sumitur enim (1) Latissimè, vel pro nudo honoris reverentiæ & affectionis nomine, vel qualicunq; potestate, ad aliquid concessâ, ut quando Imperator Dominus (quod tamen nomen Augustus ut maledictum exhorruit Svet. in Aug. c. 53. Dio. Histor. 55. Tiberius contumeliosum ratus est Sveton. in Tiber. c. 27. Tac. 2. Ann. 87. Dio. lib. 57. ubi se dominum seravorum, Imperatorem militum, principem cœterorum esse ait. Posteriores Imperatores tantum abest averlati id fuerint, ut etiam se Dominos Deosq; tum voce salutari, tum edictis inscribi passi sint. Svet. in Domit. c. 13. Martial. 9. Epigr. 64. & 84. l. f. C. de Acq. vel Retin. Poss. l. 9. ff. de L. Rhod. l. 3. ff. de his que in test. induc.) procurator dominus litis, l. 4. § f. ff. de Appell. l. 22. l. 23. C. de Procurat. maritus ab uxore dominus, l. 57. ff. de donat. int. V. & U. l. 88 § 2. ff.

A 2,

de

de Leg. II. l. 37. § 5. ff. de Leg. III. Nov. 74. c. 4. Illa à marito domi-
na l. 38. §. 4. l. 41. ff. de Leg. III. l. 19. § 1. ff. de Ann. Leg. l. f. §. 1. de Aur.
Arg. Leg. Nov. 74. c. 4. pr. Sveton. in Claud. c. 39. filius à patre.
dominulus l. 41. §. 4. ff. de Leg. III. amicus ab amico l. 26. ff. de Pec.
const. l. 22. ff. ad L. Falcid. dominus appellatur, ita veteribus con-
vivia dominia, & convivator convivii dominus dictus, Livius lib.
23. c. 8. Gotofr. ad l. 13. ff. de A. R. D. Cujac. 12. obs. 11. (2) Latè &
impropriè, pro jure in re constituto & quavis ejus specie, ita do-
minii appellatione venit ususfructus l. 3. ff. si usus fr. pet. l. 8. ff. de Reb.
Autb. Jud. poss. Possessio l. 78. ff. de V. S. l. 2. C. Ubi in rem actio. (3)
Strictè & propriè pro certa juris specie in re constituti, ita ut reli-
quis speciebus contradistinguatur l. 13. §. 1. C. de Judic. junct. l. 4. pr.
ff. com. div. l. 1. §. 1. & 2. ff. ad Sc. Silan. l. 13. §. 1. l. 19. pr. ff. de damn.
inf. l. 30. ff. de nox. act. l. 12. §. 1. ff. de Acq. Poss.

3. Et in hoc sensu dicitur aliàs Dominatio l. 64. ff. de cond.
indeb. l. 78. ff. de Acq. Her. l. f. C. de cens. & censit. lib. II & ibi. Gotofr.
jus dominii l. 4. C. de edif. priv. r. t. C. de Jur. Dom. Imp. manus pr. J.
de Libert. potestas l. 215. ff. de V. S. proprietas à re quæsita §. 44. 45. J.
b. t. l. 9. §. 3. junct. §. 6. §. 7. l. 36. ff. de A. R. D. Dominium proprie-
tatis l. 4. C. de probat. l. 12. ff. ad L. Aquil. l. 46. §. 1. l. 74. ff. de furt. jus
proprietatis l. 13. C. de pæn.

4. Definiturq; Dominium Jus l. 195. §. 2. ff. de V. S. l. 13. C.
de pæn. l. 4. C. de ad. priv. quo res præsertim corporalis §. 40. J. de
R. D. l. 25. ff. de V. S. l. 6. pr. ff. de R. V. l. 43. §. fin. ff. de furt. l. 2. §. 1. ff.
de relig. & sumt. fun. §. 2. J. de Act. l. 1. §. 1. ff. ad Sc. Silan. l. 43. §. 1. ff.
b. t. l. 4. pr. ff. Com. div. l. 3. pr. ff. de Acq. Poss. l. 15. §. f. ff. de inoff. test.
l. 30. ff. de nox. act. nostra est, l. 52. §. 10. ibi, deinceps rem propriam habe-
at ff. Pro socio. l. 21. C. Manar. l. 6. §. 3. C. de Sec. Nupt. l. 9. C. de Jud.
& cælic. Boc. cl. 5. d. 3. th. 1. Ampl. Dn. Schnobel. disp. 20. th. 1.

5. Dividebatur secundum Jus Vetus in Qviritarium, cum
res Jure Qviritium nostra erat, utpote solemniter mancipata in
jure cessa &c. & Bonitarium, cum sine ulla solemnitate tradita e-
rat, nec adhuc per annum possessa. Ulpian. Frugm. tit. 2. §. 11. & 19.
§. 19. Theophil. de Libert. qui tamen tres species facit, Naturale,
quod Bonitarium, Legitimum, quod Qviritarium, & plenum ex
his

his junctis constitutum Gotofr. *ad Rubric. C. de Nud. Jur. Quirit. Toll.* Quæ distinctio ut antiquæ subtilitatis ludibrium à Justiniano *l. un. C. de nud. Jur. Quir. toll.* sublata est.

6. Secundum Jus nostrum dividitur in Verum, quo res vel Jure Gentium, (de cujus modis postea) vel Jure Civili, (de quibus Ulpian. fermè *l. r. 29. lib. i.*) verè nobis quæsitæ est; & Fictum seu Præsumtum vel Quasi Dominium, quod cum revera non sit, svadente tamen æquitate fingitur: sic fingitur *l. Res acquisita Jure Prætorio, quæ Jure Civili nondum nostra erat, unde Actio Publiciana §. 4. J. de Actio. l. i. & t. t. ff. de Publ. in rem act.* 2. Res, quæ Jure Civili amissa jam erat, Jure Prætorio nondum amissa, unde Actio Rescissoria usucapionis §. 5. *J. de Act. l. f. C. ex quib. caus. maj. l. 24. C. de Rei Vind.*

7. A Dd. insuper communiter dividitur secundum gradus non essentiam, in Plenum, quod proprietati conjunctum habet usum fructum & omne emolumentum *l. 17. in f. ff. de Alim. Leg. l. 126 §. 1. ff. de V. O.* diciturq; alias plena potestas §. *f. I. de usufr. pleno Jure dominium l. ii. C. de act. empt. plenum jus l. 17. ff. R. V. & Minus Plenum, quod ab usufructu separatum est, l. 46. ff. de usufruct. l. 126 §. 1. ff. de V. O. l. i. C. de act. emt. l. 3 §. 1. ff. de Sec. Nupt.* aliàs Nuda Proprietas *l. 19. ff. de usur. l. 19. ff. de usufr. Leg. Dominium proprietatis l. 17. ff. Quib. mod. usufr. amitt.* Tale Dominium habet 1. Dominus Emphyteuseos *arg. §. 3. I. de Loc. & Cond. l. 1 §. 1. ff. si ag. vect. per.* 2. Soli superficiarii *l. 1 §. 4. ff. de superf.* 3. Feudi *arg. §. 1. 2. F. 8. 2. F. 23.* Diciturq; à Dd. Dominium Directum, quatenus opponitur Utili, ut vocant, in quo præter jus utendi fruendi majus est, quale habet 1. Emphyteuta *arg. l. 1 §. 1. ff. Si ager vect. per. l. 66. ff. de Eject.* 2. Superficiarius *arg. l. 73 §. 1. l. 74. ff. R. V.* 3. Vassallus *arg. vers. Rei autem 2. F. 8. 2. F. 23. in f.* Quæ distinctio licet in jure expressis verbis non inveniatur, docendi tamen causâ tolerari potest *arg. l. 4. ff. de præsc. verb. & Dd. communis dicitur. Coraf. 6. Misc. 20. Wefenbec. in Parat. ff. si ag. vect. & ibi. Bacchov. n. 1. Boc. cl. 5. d. 3. th. 1.*

8. Acquisitio Domini consistit 1. in Personâ Acquirentem, 2. Re Acquirendâ, 3. Modô Acquirendi. Videamus igitur primô

mò personas, *arg. §. f. l. de l. N. G. & C.* Acquirimus autem non tantum per nosmetipsos, sed & per eos quos in potestate nostra habemus *pr. l. per quas pers. nob. acq. l. 10. pr. ff. de A. R. D.* Servi igitur nostri quicquid iustâ ex causâ *l. 24. ff. de Acq. vel. Am. Poss.* nanciscuntur, ipso jure nobis ignorantibus & invitis acquirunt *§. 3. & seq. ff. per quas person. l. 10. §. 1. l. 32. ff. h. t. l. 1. C. per quas personas nob. acq.* adeò ut nec momento in eorum personâ subsistere possit *l. 79. ff. de Acquir. Hered.* Hæreditatem tamen sine jussu Domini adire nequeunt, ne eum æri alieno objiciant, *l. 10. §. 1. ff. h. t. l. 6. pr. l. 8. ff. de Acq. Her.* Usufructuarii, bonâ fide possessi, item liber homo b. f. possessus, quicquid ex re nostrâ vel operâ suâ acquirunt, nobis cedit *§. 4. ff. per quas personas cuiq. l. 10. §. 3. & 4. ff. h. t.* ex alia causâ, v. c. hæreditate, donatione &c. proprietario *l. 47. ff. h. t. vero domino l. 54. §. ff. h. t. sibi l. 19. l. 23. §. 2. h. t.* acquirunt. Nisi intuitu nostri illis relictum sit *l. 21. & seq. ff. de usufr.* Usuarii quicquid ex opera nostra acquirunt, tantum nobis cedit, *l. 14. pr. ff. de usu.* Filii-familias, quicquid ex profectitio lucrantur peculio, totum patris est *§. 1. ff. per quas personas l. 5. ff. de Jur. Dot. l. 3. §. 4. ff. de minor.* Adventitii proprietatem sibi, usumfructum communiter patri acquirunt *§. 1. ff. d. t. l. 1. l. 2. l. 4. C. de bon. mat. l. 6. pr. §. 1. l. 8. pr. & §. f. C. de bon. quæ lib.* In castrense vel quasi castrense nullum Jus patri est *§. f. ff. de Test. mil. l. 6. pr. C. de bon. quæ lib. l. 10. ff. l. 3. C. de pec. castr. l. 2. ff. ad Sc. Maced.* Per liberam personam regulariter nobis nihil acquiritur *§. 5. ff. d. t. l. 53. ff. h. t. l. 11. ff. de O. & A. l. 126. §. 2. ff. de V. O.* Utilitatis tamen causâ & ex Jurisprudencia receptum est, ut per procuratorem ex mandato vel ratihabitione nostra nobis possessio & per eam dominium quærat, si is qui tradat rei dominus sit, sin minus, usucapionem & longi temporis præscriptionem à tempore scientiæ *§. 6. ff. d. t. l. 13. l. 53. ff. h. t. l. 42. §. 1. l. 49. in fin. ff. l. 1. l. 8. ff. C. de Acq. Poss. l. 47. ff. de Usuc. l. 13. ff. de donat. dummodo nostro nomine apprehenderit possessionem, hanc enim si suo nomine nactus sit, nobis non acquirat, *l. 1. §. 20. ff. de A. P. l. 59. ff. de A. R. D.**

9. Res Acquirendæ tales esse debent, quæ vel sui naturâ, vel legibus commercio non sunt exemptæ, *l. 34. §. 1. ff. de contr. empt.*

Natura

Naturâ exemptæ sunt, quæ neq; sunt neq; fore sperantur, ut animal mortuum *l. 49. ff. de Leg. II. navis submersa l. 15. ff. de contr. empt. domus exusta l. 57. ff. d. t. hereditas nulla l. 7. l. 8. de her. vend. vel viventis l. 1. ff. d. t. Hippocentaurus § 1. ff. de inut. stip. Jure exemptæ sunt, homo liber *l. 6. l. 34 §. 2. ff. de contr. empt. l. 83 §. 5. ff. de V. O. nisi vel major 20. annis ad precium participandum se vendi passus sit, l. 5 §. 1. l. 21. ff. de stat. hom. vel pater egestate pressus liberos sanguinolentos distraxerit, l. 2. C. de patr. qui fil. dist. Res divini juris, sacræ, religiosæ *l. 4. l. 6. l. 22. l. 62 §. 1. ff. de contr. empt. adeo ut æde dirutâ locus sacer maneat, l. 73. ff. d. t. nisi in casu pietatis c. 70. c. 71. 12. q. 2. l. 14. l. 21. C. de SS. Eccl. necessitatis d. l. 21. junct. Auth. Præterea. Nov. 120. c. 10. Utilitatis Nov. 120. c. 6. vel si per se non fiat sed per accidens alienatio, l. 22. & seq. ff. de contr. empt. l. 62. ff. de A. R. D. l. 5. ff. de sep. viol. c. 13. X. de Jur. Patron. Res publicæ, universitatibus § 4. ff. de Legat. l. 6. l. 22. l. 51. ff. de contr. empt. Res Principis, *l. 39 §. f. ff. de Leg. 1. Sacerdotium, Magistratus Nov. 6. c. 1. § 9. Nov. 8. c. 7. t. t. X. de Simonia. fundus hostium l. 103. ff. de V. O. vide Liv. 26. n. 11. hereditas jacens l. 1. ff. de R. D. venena mala *l. 35 §. 2. ff. de Contrab. Emt. l. 3. pr. §. 1 §. 3. ff. ad L. Corn. de sic. libri magici, l. 4. § 1. ff. Fam. Hercisc. annona militaris, frumenta canonis publici *l. 3. l. 4. C. quæ res ven. non poss. Eunuchi t. t. C. de Eunuch. res litigiosa, l. 1. l. f. ff. de litig. quæ ædibus, balneis & c. licite ædificatis junctæ sunt, l. 41 §. 1. & seqq. ff. de Leg. 1. arg. l. 11 §. 14. ff. de Leg. III. Sic quorundam hominum commercio LL. quædam exempta sunt, ut Judæi mancipium Christianum, t. t. C. ne Judæa. mancip. Christ. Servi militia *l. 11 §. 16. ff. de Leg. III. Præsidis prædium Provinciale l. 62. ff. de contr. empt. l. 49 §. 2. & 3. de Leg. II. l. 34. ff. de V. O. Purpura privatorum l. 1. C. quæ res venir. non poss. Sericum, vinum, oleum, liqvamen arma & ferrum barbarorum, l. 3. l. 4. C. d. t. l. 1. l. 2. C. quæ res export. non deb.*******

10. Modi Acquirendi sunt vel Juris Gentium vel Juris Civilis § 11. *J. l. 1. ff. h. t.* Juris Gentium modos (de quibus dicturi sumus) alii plures, alii pauciores faciunt; commodè tamen ad quatuor principales referri poterunt nempe I. Occupationem II. Accessionem. III. Specificationem, & IV. Traditionem.

II. Oc-

11. Occupatio, quod acquirendi genus antiquissimum est, & cum ipsâ rerum naturâ ortum *Gen. 1. Psal. 8. l. 1 §. 1. ff. de Acq. Poss. est* justa apprehensio rei, quæ vel actu seu proprietate nullius est, in dominio tamen esse potest, § 12. & seq. *J. l. 3. l. 14. ff. b. t.* vel in dominio quidem alicujus est, ei tamen auferri potest, *l. 5 §. f. ff. b. t.* Nam quæ vel naturâ sui, vel LL. commercio exemptæ sunt, ea si quis occupet, in re sacrâ sacrilegium *l. 4. § 2. l. 9. §. 1. & 2. ff. ad L. Jul. Pecul.* in libero homine plagium *l. 1. l. 4. ff. l. 5. l. 15. l. 16. C. ad L. Fab. de Plag.* in hereditate jacente expilationem *l. 2 §. 1. ff. Expil. her. committit.* Ejus species sunt Captura Ferarum, Captivitas seu Prædatio Bellica & Inventio § 12. & seqq. *J. l. 1 §. f. ff. b. t.*

12. Capturæ Animalium species sunt Aucupium quod avium, Piscatio quæ piscium, Venatio quæ bestiarum § 12. *J. b. t.* earumq; vel prorsus ferarum, ut luporum, damarum &c. § 12. *J. b. t.* vel ferarum naturâ, ex accidenti mansuetarum ut columbarum, apum § 15. *J. b. t.* vel mansuetarum naturâ, ut gallinarum, anserum § 16. *J. b. t.* Hæ etiam si conspectui nostro exemptæ sint nostræ remanent, adeo ut nec jure civili, etsi Provinciali secus *Ord. Jud. Prov. Megap. part. 2. tit. 41.* domino agri liceat pecora damnâ dantia includere, sed expellere tenetur ac sua, *l. 39. ff. ad L. Aquil.* quod si incluserit, & pecus damnosum fiat, tenetur *L. Aquilia, l. 5. C. ad L. Aquil.* ipsi tamen domino antiqva de pastu actione provisum *l. 14 §. f. ff. de præsc. verb. Paul. 1. sent. 15.* & si quis eas animo lucrandi contrectet, furtum facit § 16. *J. b. t. l. 5 §. 6. ff. b. t.* etsi gallina tantum sit, *arg. l. 1 §. 10. ff. de conj. cum. emanc. lib. l. 22. ff. de damn. infest. Nov. 69. c. 1. & ibi Gotofr.* non enim quantitas, sed animus in furto spectatur, *c. f. 14. q. f.* Quod adeo verum, ut etsi à lupo abrepta, eoq; fugato recepta animo lucrificiendi detineatur; insuper ad exhibendum agi & exhibitam vindicari ait Pomponius in *l. 44. ff. b. t. l. 8 §. f. ff. Fam. Hercisc.* Illæ anteqvam à nobis inclusæ & occupatæ sunt, primo occupanti etiam in fundo nostro licitè cedunt, § 14. *J. b. t. l. 5. § 4. ff. b. t. l. 26. ff. de furt.* à nobis occupatæ nostræ sunt, & svetæ vagari & redire permanent, donec animum revertendi habent, quem cum desuetudine redeundi deposuisse creduntur, & occupantis sunt § 15. *J. b. t. l. 5 §. 5.*

*l. 5. § 5. ff. h. t. l. 8. § 1. ff. Fam. Hercifc. de*svetudinem autem induci
tribus actibus putat *gloss. in l. 3. verb. Consuetudini C. de Episc. Audi-*
diert. triduo Theophil. h. §. potius tamen ea judicantis arbitrio re-
servatur, arg. l. 1. § f. ff. de Jur. Delib. Si ab infidiis aliorum ea indu-
zatur, ut si interceptæ vel inescatæ sint furti agi potest, *l. 8. § 1. ff.*
Fam. Hercifc. l. 26. l. 37. ff. de furt. arg. l. 3. § 16. ff. de Acq. Poss. Si fu-
gatæ vel necatæ, ut apes fumo, in factum *l. 49. pr. ff. ad l. Aquil.*
Add. *Cæpoll. de Serv. præd. rust. c. 77.* Seb. Medic. *de venat. part.*
1. q. 10. Jure Provinciali apes alterius subripiens eas restituere
cogitur, poenæq; arbitrariæ subicitur. **Mecklenburgische Policey-**
und Land-Ordnung Anno 1572. c. un. Vom Jmmen rauben.

13. Feras autem bestias, volucres, pisces tam in suo fundo,
stagno, mari, lacu, quam in alieno etiam circumsepto *l. 3. § 13. 14. ff.*
de A. P. Venari, aucupari, piscari, cuius licet § *12. l. 1. l. 3. § 1. ff.*
h. t. Ingredi tamen volentem dominus prohibere potest, § *12. l.*
h. t. l. 3. § 1. ff. h. t. l. 16. ff. de S. P. R. Quod si contra prohibiti-
onem ingrediatur, actione injuriarum domino tenetur *arg. l. 25. ff.*
de act. emt. l. 13. § f. ff. de Injur. l. 2. § 9. ff. Ne quid in loc. publ. Ni-
hilominus quod contra prohibitionem capit, suum facit *arg. l. 55.*
vers. Summam ff. h. t. Non enim venatio sed fundi lacusve ingressio
prohibetur, *Wesenbec. Parat h. t. n. 7.* Neq; aliàs hæc nuda prohibi-
tio tantum actione injuriarum, sed & Rei vindicationem & condi-
tionem furtivam pareret. *Vinnius Comm. ad Inst. h. t. § 12. ex Chri-*
stinæ; vol. 5. decis. 84. n. 17. & seqq. Si vero inclusæ sint vivario vel
piscinæ eas capere non licebit, *l. 3. § 14. ff. de A. P.* Constitutione
tamen Carolinæ, qui ex rivis fluminibusve nostri domini non
conclusis pesca, turpro conditione personæ & facti qualitate, vel in
ære vel corpore luit, è lacubus piscinis aliisve locis conclusis, furti
tenetur *P. H. D. Art. 169.* Quod & ad fures cancrorum exten-
dit *Remus ad d. art.* Eousq; autem fera nostra intelligitur, dum
custodiâ nostrâ coerctetur, quam ubi effugit, quod sit cum vel ocu-
los vel persecutionem evasit, occupanti cedit, § *14. f. l. 5. pr. l. 44. ff.*
h. t. Si ab uno vulneretur, ab altero capiatur, hujus eam esse, ait

B

Gajus

Gajus in l. 5 §. 1. ff. h. t. cui subscribit Justinianus §. 14. 7. h. t. illius Trebatius d. l. 5 §. 1. ff. Cujus opinionem moribus quorundam locorum receptam esse ait Bocer. cl. 5. d. 3. th. 14.

14. Jure Canonum venatione & aucupio clericis interdicatur, c. 1. §. 2. X. de cler. venat. c. 1. X. ne cler. vel. mon. c. 1. 2. 3. dist. 34. Moribus nostris principes venationes Jure superioritatis arg. l. 15. §. 2. ff. de R. V. l. 11. ff. de Evict. l. 2. verb. nisi Princeps veter ff. de Flumin. non præscriptionis arg. l. 45. ff. de Usuc. junct. l. 13. §. 6. ff. de Injur. Bacchov. ad volum. 2. Treutl. dist. 20. th. 3. l. A. Grotius lib. 2. de jur. Bell. c. 2. n. 5. Frantzck. Exerc. Iust. 4. q. 2. Dn. Schnobel. dist. 20. th. 6. in se justis ex causis, ne 1. Armorum usus fieret promiscuus contr. l. un. C. ut arm. usus. 2. Ne subditi hoc prætextu à negotiis avocarentur, hacq; dulcedine allecti gravibus sumptibus se exhaurirent, & necessaria vitæ desererent contr. Auth. Agricultores C. quæ res. pign. l. 2. ff. de fer. 3. Ne pax & tranquillitas publica hac promiscuâ venatione turbaretur, l. 77 §. 20 ff. de Leg. II. in se transtulerunt, adeo ut nec subditis in propriis fundis, nisi nocivas feras, venari liceat, c. un §. 5. vers. Retia 2 F. 27. & Regalibus venatio, præprimis majorum ferarum, des hohen Wildes/ Heig. p. 1. q. 15. n. 46. Dn. Lindeman. Exerc. Iustin. d. 2. th. 20. de consuetudine accenseatur d. c. un. §. 2. F. 27. c. un. 2. F. 56. Rosenthal. de Feud. c. 5. concl. 94. n. 6. Sixtin de Regal. lib. 2. c. 18. n. 47. Pruckman. de Regal. c. 1. n. 8. §. venatio. Si quis igitur contra Edictum Principis venetur, certâ poenâ non constitutâ, tenebitur injuriarum l. 13 §. f. ff. de injur. quæ actio licet criminaliter intendi poterit, l. f. ff. d. t. l. f. ff. de priv. del. tamen ad mortem extendi non debet, l. 11. l. 13. ff. de poen. Ordinariâ autem constitutâ, eadem irrogatur, modo non ex primo delicto capitalis, sed pro conditione hominis durior vel mitior, arg. l. f. ff. de injur. junct. l. 43 §. 5. ff. de furt. Si verò sæpius iteretur delictum, eam ad mortem extendere non dubitamus, non tam ob feram captam, quam calcatum Principis edictum, iteratumq; delictum, arg. l. 3. §. 9. ff. de re mil. l. 8 §. 1. C. ad L. Jul. de vi l. 3 §. f. C. de Episc. Audi. l. 16 §. f. l. 28. §. 3. §. 10. ff. de poen. l. un. C. de Superexact. lib. 10. Fachin. 1. Contr. 1. Bocer. cl. 5. d. 3. th. 32. Quamvis autem poenâ afficiatur, fera tamen ejus rema-

remanet, non enim acquisitioni fera captæ, sed jure venandi derogatum est; & si ei jubeatur auferri, non ideo, quod capientis non sit facta, hoc fit, sed tanquam indigno & pœnæ causa, ut retia, bombardæ, & reliqua instrumenta ei adimuntur. Gudel. *de jur. Nov. l. 2. c. 2. Vinn. ad Inst. § 13. f. b. t.* Jure Statutario civitatis in alieno venationem exercens Pœnæ arbitrariæ subjacet, *Stadt Rostock Policcy Ordnung Anno 1576. c. un. Vom Jagen.* Provinciali singulis vicibus mulctatur 200. Imperialibus, quorum dimidium fisco, dimidium soli domino adjudicatur, §. *Wir wollen/* & si quod damnum domino prohibenti resistens patiat, id sibi habere *arg. l. 203. ff. de R. I. & nihilominus mulctam indictam dependere cogitur, §. Solte. Tit. Vom Jagen und Schiessen/ Meckl. Policcy und Land-Ordnung Anno 1572.*

15. Captivitas vel Prædatio Bellica est, qua res seu profanæ seu religiosæ *l. 36. ff. de religios. & sumt. fun. l. 4. ff. de sepulch. viol. & personæ etiam liberæ § 17. f. l. 7. ff. b. t. t. t. ff. de capt. & postl. revers. justo in bello de quo c. 1. 23. q. 2. c. 2. 23. q. 1. Piccart. obs. Histor. Polit. dec. 10. c. 10. Didac. Saavedra Symb. Polit. 44. ab hostibus l. 24. ff. de cap. & postl. rev. l. 115. ff. de V. S. non latronibus l. 19 §. 2. l. 24. ff. de capt. nec in civili dissensione l. 21. § 1. ff. d. t. Tac. 3. Hist. 34. nec in bello inter Christianos, soluto enim lytro dimittuntur Boer. decis. 178. Grot. *de jur. Bell. lib. 3. c. 7. n. 9.* captæ, jure belli nostræ fiunt *l. 5 §. f. l. 51 §. 1 ff. de A. R. D.* quod intelligitur cum intra fines nostros deductæ sunt, *arg. l. 5 §. 1. l. 19 §. 3. ff. de capt. vel jure hodierno per 24. horarum spacia apud nos fuerint Hug. Grot. de Jur. Bell. lib. 3. c. 6. n. 3.* Vocaturq; aliàs præda *l. 28. junct. l. 20 §. 2. ff. de capt. spoliium l. pen §. 1. C. de donat.* Res autem tam mobiles quam immobiles occupantium fiunt §. 17. f. b. t. l. 5 §. f. ff. b. t. hoc tamen discrimine; illæ, si in actu belli privato e. g. excursione capiuntur, capientis sunt, in publico ut oppugnatione urbis &c. ejus cujus auspicio bellum geritur Grot. *d. l. 3. c. 6. n. 10. & 12. arg. l. 13. ff. ad L. Jul. Pec. l. 51. ff. de A. R. D. l. 12. ff. de capt. Gell. lib. 16. c. 2. qui prædam aut in publicum rediget l. 31. ff. de jur. Fisc. Liv. 2. c. 42. 4. c. 49. & 53. 5. c. 22. Gell. 13. c. 23. aut diripiendam militibus concedet Liv. 6. c. 2. 10. c. 17. aut singulis pro merito dividet c. 25.**

23. q. 5. l. 36 §. 1. C. de donat. Liv. 10. c. 44. 26. c. 48. 28. c. 23. Plu-
 tarch. in Coriol. Hæ publicantur vel militibus pro merito assi-
 gnantur arg. l. 11. ff. de Eviēt. Liv. 8. c. 11. Procop. lib. fin. de bell. Van-
 dal. Res mobiles nondum intra præsidia hostium traductæ, si re-
 cipiuntur, dominis ut plurimum restituuntur arg. l. 44. ff. b. t. l.
 5 §. 1. l. 19. §. 3. ff. de capt. Liv. 3. c. 10. c. 20. & 36. Genes. c. 14. in f.
 si traductæ, nec earum postliminium de quo l. 2. pr. §. 1. l. 3. & seq. de
 capt. fiunt recipientium Cujac. 19. obs. 7. Bocer. cl. 5. d. 3. th. 6.
 immobiles prioribus dominis restituuntur l. 20 §. 1. ff. d. t. Siq; re-
 ligiosæ fuerunt, priorem statum postliminio recipiunt, l. 36. ff. ac
 relig. Huic captivitati accensendus est casus l. 5 §. 2. ff. de capt. quo
 quis occupatur à gente, cum quâ nobis neq; amicitia, neq; hospiti-
 um, neq; fœdus hospitii causa intercedit, Grot. lib. 3. c. 9. n. 18. & 19.
 16. Inventio est rerum, quæ vel natura nullius sunt, ut gem-
 marum, lapillorum, margaritarum de quibus l. 19. §. 17. ff. de Aur. Leg.
 in littore maris vel visceribus terræ arg. §. 12. §. 18. J. b. t. l. 3. ff. de R. D.
 quæ apprehendentis sunt non videntis arg. §. 13. J. b. t. l. 1. §. 3.
 ff. de A. Poss. Moribus verò hodiernis inventa in littore maris,
 vel visceribus terræ, vel mari ipso, cedere principibus terrarum te-
 statur succinum Borussia, Corallium Tunetæ, Margaritæ Ormutii,
 Adamantes Rubini Goæ & Decani; vel factò, ut res derelictæ §. 47.
 J. b. t. t. t. ff. pro derel. & missilia, §. 45. J. b. t. l. 2. C. de Coss. lib. 12.
 vel tempore, ut Thesaurus §. 39. J. b. t. l. 31. §. 1. ff. b. t. l. un. C. de Thesf.
 lib. 10.

17. Res derelictæ sunt quas Dominus ea mente abiecit ut su-
 as esse nolit §. 46. J. b. t. ut si quis ex ancillâ nato alimenta dene-
 get l. 8. ff. pro derel. vel aves emittat l. 5 §. 1. ff. d. t. vel ita abiecit ut
 in numero rerum suarum esse nolit, ut si as in vulgus sparserit d. l.
 5 §. 1. dicunturq; missilia §. 45. J. b. t. quæ Imperatoribus frequen-
 tia fuisse testatur Sveton. in August. c. 98. Calig. c. 18. Nervon c. 11. et-
 iam Coss. usurpata §. 46. l. b. t. quod abrogavit Valentinianus l. 2.
 C. de Coss. certo modo toleravit Justinianus Nov. 115. c. 5. Leo
 Nov. 94. sustulit; hæc q; missilia hodiè usitata esse testantur inaugu-
 rationes Imperatorum & Regum, Hæ res (etiam soli) pro dere-
 lecto habitæ statim nostra esse desinunt, & occupanti-
 ce-

cedunt, § 45. 46. l. l. 9. § 7. ff. b. t. l. 1. l. 2. § 1. l. 4. ff. Pro devel.
Plutarch. *Quaest. Graec.* 30. *Grot. de mar. lib. c. 2.* Talia autem non sunt,
quæ non intelligentibus dominis de rhedâ cadunt, aut quæ na-
vis levandæ causâ eieciuntur § f. l. l. 58. ff. b. t. l. 21. pr. § 1. & 2. ff. de
A. P. l. 7. ff. Pro. devel. l. 2. § f. l. 8. ff. de Leg. Rhod. quivqve talia lu-
crandi animo sustulit furtum committit d. § f. l. b. t. l. 9. § f. ff. b. t.
l. 43. § 4. & seq. ff. de furt. l. 3. pr. ff. de Incend. ruin. naufr. c. 6. 14. q. 5.
Ut verò se à furti suspicione liberet, libello proposito inventum
significare debet l. 43. § 7. & 8. ff. de furt. Indiciæ verò præmi-
um, ut vocat Apulej. *Metamorph.* 4. seu *Σπεργον* licet honestè non
peratur d. l. 43. § 9. licitè tamen accipitur, l. 4. § 4. ff. de cond. ob turp.
caus. l. 15. ff. de præsc. verb. l. 1. § 5. ff. de ext. mord. cogn. Paul. 2. sent. 31. § 30.
E naufragio verò aliquid rapiens Jure Justiniano in quadruplum
teneatur l. 44. vers. idem ait ff. b. t. t. t. ff. de incend. Ruin. naufr. Irrati-
onabilis a. consuetudo, ut se. navis vi ventorum terræ impacta do-
mino terræ cedat, quæ de re elegans historia ex Abbatis Staden-
sis Chronicò à Paulo Wehnero in *Observ. Pract. sub voce Gewohnheiten*
refertur, merito à Constantino l. 1. C. de Naufrag. lib. 11. & Carol. V.
P. H. D. art. 218. ut & Friderico Auth. *Navig. C. de furtis* damna-
tur, & eas, nisi sint vel piratarum, vel Christiani nominis princi-
pisve terræ hostium, diripiens publicatione bonorum punitur,
d. Auth. C. de Furt. § 9. 5. F. 17.

18. Thesaurus (quæ vox quandoq; impropriè usurpatur,
ut in l. 22. ff. Fam. Hercisc. l. 17. ff. ad exb. l. 44. ff. de Acq. Poss.) est
vetus depositio pecuniæ cujus non existat memoria, ita ut domi-
num non habeat l. 31. § 1. ff. de A. R. D. diciturq; DEI beneficium,
l. un. C. de Thesaur. lib. 10. Fortunæ donum l. 63. § 1. ff. b. t. Hic in
suo, seu casu seu data opera inventus, sine tamen prohibitis arti-
bus, cedit inventori § 39. l. l. 63. l. 31. § 1. ff. b. t. l. un. C. d. t. Si ma-
gicis artibus, fisco arg. l. un. C. d. t. & inventor prætera puniendus
arg. l. 13. ff. ad L. Corn. de sic. l. 5. & 7. C. de malef. & mathem. In alieno,
casu non datâ operâ (tunc enim totus domini soli est arg. § 39. l.
b. t. l. un. C. b. t.) inventus dividitur inter inventorem & soli do-
minum, seu locus privati seu publicus § 39. 7. l. un. C. b. t. *Nov. Le-
on.* 71. sive fisci, ubi si casu inventus tenetur inveniens ultrò par-

sem debitam Fisco deferre, quam si suppresserit totum cum altero tanto reddere cogitur, l. 3. §. 10. & 11. ff. de jur. Fisc. Si data opera, totus fisco cedit, c. un. 2. F. 56. In loco religioso privato suo fortuito inventus totus est inventor § 39. J. b. t. arg. l. 5. & seq. ff. de relig. & sumt. fun. l. 9. §. 1. ff. ad L. Jul. pec. l. 24. ff. de contr. empt. arg. l. un. C. de thesaur. In alieno privato seu publico, casu inventus pro parte inventori, pro parte domino vel fisco acquiritur, d. § 39. J. b. t. l. 3. § 10. ff. de jur. fisc. & eum regalibus Fridericus inseruit, c. un. 2. F. 56. In fundo Emphyteutico vel Feudali inventus proprietario inveniendi totus cedit, arg. § 39. verb. dominum soli J. b. t. l. 63. § 3. ff. b. t. l. 7. §. 12. ff. solut. Matrim. l. 1. §. f. ff. si ag. veft. pet. § f. 2. F. 23. Boccer cl. 2. d. 14. Th. 51. Ungepaur. Exerc. Just. 5. q. 14. in Neg.

19. Accessio est, quâ nostræ rei tanquam principali alia adjicitur, ut eâ adjectione nostra fiat. Accessorium enim sequitur principale, c. 43. de R. I. in 6. l. 23. § 5. ff. de R. V. l. 27. § 13. ff. de Aur. Leg. Estq; vel Naturalis, quæ fit solo naturæ labore sine operâ s. artificio hominum, vel Industrialis, vel Mixta. Ulla contingit per foeturâ animalium § 19. J. l. 6. ff. b. t. alluvionem § 20. J. l. 7. § 1. ff. b. t. Insulam in flumine natam § 22. l. d. l. 7. § 3. ff. b. t. Alveiq; mutationem § 20. J. b. t. l. 7. § 5. ff. b. t.

20. Foetura animalium est procreatio ex animalibus nostris. Nam Jure Naturæ apud nos etiam ex feris bestiis l. 2. ff. b. t. edita, seu apud nos seu alium conceperint l. 48. § f. ff. b. t. l. 12. C. de R. V. etsi ex alterius animali l. 5. § 2. ff. de R. V. nam hic non masculum, sed quod foetum edidit spectatur, d. l. 5. l. 25. pr. §. 1. ff. de Usur. dominus tamen masculi, adversus eum, qui id in admissionem coegit, habet in factum actionem, l. 52. §. 20. ff. de furt. nostra sunt § 19. J. l. 6. ff. b. t. l. 49. §. 1. ff. de R. V. Idem obtinet in partu ancillarum §. 37. J. l. 66. ff. b. t. l. 7. C. de R. V. qui tamen in fructu non est, § 37. J. b. t. l. 28. § f. ff. de Usur.

21. Alluvio est incrementum latens, quo ita aliquid nostro fundo adjicitur, ut intelligi nequeat, quantum quovis momento seu atomo explic. Goto fr. ad l. 29. ff. de Acq. Her. acquiritur § 20. J. b. t. l. 7. § 1. & 2. ff. b. t. l. 1. l. 3. C. de Alluv. & per eam augetur alicuius, quod-

70
quodcumq; etiam fit quod in re habet l. 9. § 2. ff. de Usufr. l. 3. § 2. ff. de
Aq. quotid. l. 24 § 2. ff. de Leg. II. Locum a. habet alluvio in agris arci-
finiis, non limitatis l. 16. ff. b. t. l. 1. § 6. ff. de flum. ut nec in lacubus
& stagnis, nam licet interdum crescant interdum arefcant, fines ta-
men suos retinent l. 12. ff. b. t. l. 24. ff. de Aq. & Aq. pluv. arc. l. 69. ff. de
contr. empt. Si verò vis fluminis partem vicini fundo detrahens
alterius adjecerit, ea non mutabit dominium § 21. f. l. 7 § 1. ff. b. t.
Et si nondum coaluit, cum translatis unâ arboribus vindicatione
directa l. 9 § 2. ff. de damn. infecti, petitur, si coaluit, cum alterius
fundo acquisita sit, d. §. & l. b. t. actio utilis domino in rem da-
tur l. 5 § 3. ff. de R. V. ad precium sc. consequendum Lindem. Exer-
cit. Justin. 2. ib. 6. Bacchov. ad Inst. b. t. § 21. Coaluerit verò nec
ne, eâ in re esse standum rusticorum ut peritorum, arg. l. 13 § 12. ff.
de suis & leg. her. & ibi Gotofr. arbitrio vult Wesenbec. ad Schneid-
win. h. §.

22. Insula (quæ quandoq; pro domo solitariâ l. 166. § 1. ff. de V. S.
l. f. ff. de offic. praef. vig. l. 16 § 1. ff. de Usu. accipitur) in mari nata occu-
pantis est § 22. f. l. 7 § 3. ff. b. t. In flumine tribus modis fit. 1. Cum flu-
men agrum alicujus circumfluere cœpit, & manet insula ejus cu-
jus ager fuit l. 7 § 4. ff. b. t. l. 1. C. de Alluv. l. 1 § 10. ff. de flum. 2. Cum
locum, qui alvei est, siccum relinquit & circumfluere cœpit, l. 7.
§ 5. ff. b. t. 3. Cum paulatim colluendo locum eminentem su-
per alveum facit, & auget, & his duobus casibus, aut nata est in
medio, & communis est ab utraq; parte prædia habentium, secun-
dum latitudinem cujusq; fundi § 22. f. b. t. l. 30. l. 65. § 1. ff. b. t.
aut alteri ripæ propior est, & eorum est qui ab eâ parte habitant
per all. LL. Nisi agri sint limitati, vel illa alveo non inhæreat,
l. pen. § 2. ff. b. t. tunc enim occupantis est, l. 1. § 6. ff. de flum. U-
sus autem riparum insulæ publicus est l. 30 § 1. l. 65 § 1. ff. b. t. Mo-
ribus autem nostris, domini terrarum, ut ipsâ flumina ita & insu-
las in eis natas sibi vendicant. Perez. ad t. C. de Alluv. n. 9.

23. Alveo fluminis mutato relictus alveus est eorum, qui
circa ripam prædia non limitata, tunc enim publicus fit l. 1 § 7. ff.
de flum. possident § 23. f. l. 7 § 5. l. 30 § 1. ff. b. t. Siq; novus alveus,
quâ currere cœperat flumen, ab eo rursus deseratur, non redit
stri-

strictā Juris ratione ad priorem dominum, sed eorum est, qui
propè eum prædiorum domini sunt §. 23. J. l. 7 §. 5. l. 38. ff. b. t.
Sed id ex æquitate vix est, ut obtineat, d. l. 7. § 5. ff. b. t. Ut si
eodem impetu recesserit l. 23. ff. Quib. mod. usufr. amitt. Sed si mi-
nutatim, cedit adhabitantibus arg. l. 38. ff. b. t. l. 1. C. de Alluv.
Vinn. ad § 23. J. b. t. Inundatio autem cum speciem fundi non mu-
tet, ea recedente manet ager ejus, cujus prius fuit, §. 24. J. l.
7 §. 6. l. 30 §. 3. ff. b. t. l. 1 §. 9. ff. de Flum.

24. Industrialis est, quæ mero hominis facta contingit, ut
Adtexturâ, § 27. I. b. t. l. 23. § 2. ff. de R. V. Ferruminatione &
Plumbaturâ l. 26. § 1. l. 27. § 2. ff. b. t. l. 23. § 3. ff. de R. V. Inædifi-
catione § 30. 31. I. l. 7. § 10. ff. b. t. Scripturâ § 34. I. b. t. l. 23. § 3.
ff. de R. V. Picturâ § 35. I. l. 9. § 2. ff. b. t.

25. Adtextum vesti meæ, ut principali, licet preciosius, ac-
cessionis vice cedit l. 19. § 13. ff. de Aur. Leg. l. 34. ff. de Contr.
Empt. Sic purpura intexta vesti f. b. f. m. fide, domini vestis est,
§ 26. I. l. 26 ff. b. t. Et licet ipsa purpura, ut extincta vindicari
non possit, domino tamen ejus prospicitur, conditione furti-
vâ, & furti actione adversus furem d. §. 26. § 14. I. de Act. § f. I.
de obl. q. ex del. nasc. l. 7. § 2. ff. de cond. furt. l. 14. § 16. ff. de furt. ad-
versus bona fide intextentem conditione sine causâ l. 1. § f. ff. de
cond. sin. caus. triticiariâ l. 1. ff. Cond. tritic. & ad exhibendum acti-
one l. 7. § 2. ff. ad exhib. Lindeman. Exerc. Iust. 2. th. 50. Ludvvel.
disp. 4. th. 5. l. B.

26. Ferrumminatio est, cum duorum dominorum metalla
ejusdem generis jam facta ferrumine ejusdem generis conjungun-
tur, ut si scypho argenteo, pes argenteus, statua æneæ, brachium
æneum adjungatur l. 27. ff. b. t. l. 23. § 5. ff. de R. V. Hic pars ad-
jecta minor majoris partis unitate consumitur d. l. 23. § 5. Si pares,
corpore preciosior attenditur arg. l. 23. § 4. verb. per prævalentiam ff.
de R. V. l. 27. §. 2. verb. pro precio ff. b. t. Aded autem majori parti
cedit, ut nec abrepta ad priorem dominum reverti possit, cui ta-
men actione in factum provisum l. 23. § 5. ff. de R. V. l. 3. § 14. ff. ad
Exh. Si utraq; par corpore & precio, cujusq; res manet, d. l. 27. §
2. inf. ff. b. t.

27. Plum-

27. Plumbaturam dicimus cum res ejusdem vel diversi generis diversâ vel nullâ materiâ interveniente junguntur, ut si scyphus meus alieno plumbo plumbetur *l. 27. ff. b. t. candelabro figillum, emblema phialæ, lecto fulcrum l. 26. § 1. ff. b. t. gemma auro l. 6. ff. ad exh. l. 19. § 13. § 20. ff. d. Aur. Arg. Leg. adjungitur.* Et in his etiam minor pars, licet preciosior, majori cedit *d. l. 23. § 1. ff. de R. V.* Nisi hæc illius ornandæ causa adhibita sit, ut si aurum margaritis ornandis adhibitum *l. 19. § 15. ff. d. t. aut gemmæ auro inclusæ ut habilis geri possint l. 20. ff. d. t.* Et hæc abruptæ ad priorem dominum redeunt; plumbatura enim materiæ confusionem non inducit *l. 23. §. 5. ff. de R. V.* Quamdiu autem coherent, vindicari nequeunt, sed ad exhibendum agitur *d. l. 23. l. 6. l. 7. § 2 ff. ad exhib. ut replumbata l. 31. § 1. de Aur. Leg. vindicentur l. 23. § 5. ff. de R. V.*

28. Dominus soli in suo ædificans, seu ex suâ seu alienâ materia, quæ, nihil interest, lapis sit an coementum *l. 39. ff. de R. V. nam omnia tigni appellatione veniunt § 29. f. l. 7. § 10. ff. b. t. l. 1. § 1. ff. de tign. junct. l. 62. ff. de V. S. seu bonâ seu malâ fide ædificaverit arg. § 29. f. h. t. l. 23. § f. de R. V. dominus ædificii fit d. § l. 7. § 10. ff. b. t. l. 28. ff. b. t. materiæ autem dominus ejus dominium non amittit d. § l. h. t. l. 59. ff. de R. V. Interim tamen neq; illud vindicare à b. f. possessore, neq; ad exhibendum agere potest, sed actione de tigno juncto in duplum *d. l. l. 23. § pen. ff. de R. V. l. 6. ff. ad Exhib. l. 1. ff. de tign. junct. quæ in b. f. possessorem mixta arg. d. l. 23. § pen. ff. de R. V. contra m. f. possidentem merè pœnalis est, l. 1. § 2. ff. de tign. junct. Sutholt. diff. 4. th. 43. Dn. D. Schnobel. disp. 20. th. 13. Unde & adversus eum Rei vindicatio & ad exhibendum actio insuper locum habent, ut in jlitem juretur *l. 5. ff. de in lit. jur. tanquam dolo possidere deserit, l. 1. § f. l. 2. ff. de tign. junct. l. 23. § 6. ff. de R. V. l. 98. § f. ff. de solut. insuper actio furti manifesti vel nec manifesti, & cœdictio furtiva § f. f. de obl. quæ ex del. nasc. quæ actione de tigno juncto non tolluntur arg. l. 43. § 1. l. 130. ff. de R. f. l. 2. ff. de priv. del. l. 34. ff. de O. & A. Colleg. Argent. ad lib. 47. ff. tit 3. § 10. Dupli autem præstationem b. f. possessor tignum eximendo effugere potest *l. 98. ff. de solut. arg.****

C

l. 1. C.

l. 1. C. quom. & quand. Judex l. 7. § 10. ff. b. t. l. 2. § 17. ff. Ne quid in loc. publ. l. 19. § 4. ff. locat. l. 59. ff. de R. V. Donel. 4. comm. 33. Bocer. cl. 5. d. 5. th. 19. Bacchov. vol. 2. d. 20. th. 6. l. A. Si sciente volenteq; Domino junctum sit, eo soluto domino vindicatio, non induplū actio competit, qvā de re vid. casus in l. 63. ff. de don. int. V. & U.

29. In alieno ædificans seu bonā seu malā fide, materiæ dominium amittit § 30. *J. b. t. l. 2. C. de R. V. l. 5. C. de adif. priv. l. 39. ff. de R. V. aded ut si mala fide fecerit, nec soluto ædificio materiā vindicare possit § 31. J. l. 7. § 12. ff. b. t. nisi fortē sciente & patiente domino extruxerit l. 5. § 2. ff. de dol. mal. exc. aut animo non donandi imposuerit l. 2. C. de R. V. siq; alterius ædes diruerit, suas reposuerit insuper tenetur L. Aquilia l. 50. ff. ad L. Aqu. B. f. ædificans in possessione constitutus, dominū soli ædificium petentem, & impensas preciumq; materiæ solvere nolentem doli mali exceptione submovebit § 31. J. b. t. l. 7. § 12. ff. b. t. l. 14. ff. de cond. indeb. l. 1. ff. de dol. mal. exc. l. 27. §. f. l. 48. ff. de R. V. l. 45. § 1. ff. de act. empr. scienti verō alienum esse potest objici culpa, quod temerē in alieno ædificaverit d. §. 31. l. 7. § 12. ff. b. t. junct. l. 5. C. de adif. priv. tollere tamen ipsi quandoq; permittitur ea quæ posuit l. 37. ff. l. 5. C. de R. V. Quod si dominus soli possessionem ædificii nactus sit, non oppositā, materiæ domino doli exceptione, nulla ei actio superest, ob generalitatem textuum l. 33. in f. ff. de condict. ind. l. 14. ff. de dol. mal. except. l. 14. § 1. ff. Comm. div. l. 48. ff. de R. V. l. 21. ff. ad Sct. Trebell. Bocer. cl. 5. d. 6. th. 31. Bacch. ad Inst. §. 30. h. t. n. 2. Sutholt. diff. 4. th. 45. Et hæc de ædificio solo infixō; mobile enim ponentis manet. l. 60. ff. b. t.*

30. Chartæ meæ inscriptum, seu carmen seu historia, etiam aureis literis, meum est. § 32. *J. l. 9. §. 1. ff. b. t. l. 23. § 3. ff. de R. V. l. 3. §. 13. ff. ad exhib. § 4. J. Caji lib. 2. tit. 1. ille tamen qui bona fide chartæ possessionem nactus est, dominum impensas solvere nolentem exceptione doli submovebit § 32. J. l. 9. §. 1. ff. b. t. Si tertius rationes meas chartæ alterius inscripserit, isq; eas possideat, neq; vindicare eas, neq; ad exhibendum agere possum, sed in factum l. 3. §. 14. ff. ad exhib. Moribus autem nostris chartam scripturæ cedere vult Schneidvvin. ad hunc §. & ibi. Gotofred.*

31. Pictura quoque; ut accessio ex naturali ratione, quã id alteri cedit, quod sine eo subsistere nequit *c. 43. de R. I. in 6. antiquitustabulæ cessit l. 23 §. 2. ff. de R. V. § 4. Inst. Caj. h. t.* Sed Imperatori ex *Cajo lib. 2. Rer. Quorid.* diversum placuit, Ridiculum enim esset, picturam Apellis vilissimæ tabulæ cedere § 34. *J. h. t. l. 9 §. 2. ff. h. t. l. 13. ff. de V. S.* Unde pictor dominum tabulæ eam possidentem, actione directâ, hic eum tantum utili pulsare potest, nolentem autem precium tabulæ vel picturæ solvere, alter alterum exceptione doli submovet *d. §. 34. l. 9. § 2. ff. h. t.* Si tertius possederit, in vindicatione præferri dominum tabulæ Accursius ad *l. 9 §. 2. ff. h. t.*, eum, qui prior ad sententiam devenit Donell. *4. comm. 36. per l. 57. ff. de R. V. l. pen. ff. de her. pet. putat.* Sed pictorem, etsi ambo precium solvere parati sint, præferri verius videtur *arg. d. §. 5 l. ff. h. t. l. 3. ff. Quod cum eo, qui in alien. potest. Bachov. ad Inst. h. §. Schneidvvin. Vinnius eodem.*

32. Mixta est quæ naturæ operatione, accedente hominum industriâ nascitur, ut Implantatione § 32. *J. l. 7 §. 13. ff. h. t.* Satione § 33. *J. l. 3. pr. ff. h. t.* fructuum ex aliena re b. f. perceptione, § 35. *J. l. 48. ff. h. t. l. 25 §. 1. l. 28. ff. de Usur.*

33. Plantatio arborem seu plantam in meo solo positam, si ponentis seu tertii sit, meam facit, dummodo radices egerit § 31. *l. 7 §. 13. ff. h. t.* adeo ut postea eruta ad priorem dominum non redeat *l. 26 §. 2 ff. h. t.* Qui autem b. f. imposuit, & in possessione constitutus est, tenebitur se doli exceptione *l. 9. ff. h. t. l. 11. C. de R. V. m. f. possessori culpa scientiæ objici potest arg. §. 30. I. h. t.* Cæterum dominus plantæ actionem utilem in rem habebit, *l. 5 §. 3. ff. de R. V. directâ enim negatur l. 9 §. 3. ff. de dam. inf.* Si verò in confinio duorum agrorum posita sit, & radices æquales emisierit, communis erit *d. §. 32. l. 7 §. 13. l. 8. ff. h. t. l. 83. ff. Pro socio. l. 19. ff. Com. div.* Si verò extremas tantum radices emisierit, etsi inde alatur, ejus est, ubi orta *l. 6 §. 2. ff. Arbor. furt. cæf.* Si verò tota inde alatur, v. c. veteribus putrescentibus, novis erumpentibus radicibus, non est partis ejus quæ oritur, sed quæ alitur, *d. §. 31. l. 7 §. 13. ff. h. t. l. f. pr. ff. Quod vi.* Si autem vicinus nolit immixtas habere, agere potest, id vicino non licere *l. 6 §. 1. ff. Arb. furt. cæf. l. 1. C. de Interd. quod*

si denunciaverit ei ut tollat, isq; negligat, licet illi eam incidere & ligna tollere *l. 1. §. 2. ff. de Arbor. cad.* Fructus verò in vicini fundum cadentes tollere & tertio die domino arboris licet *l. un. ff. de gland. leg. l. 9. §. 1. ff. ad exh.* Quod Jure Saxonico & Moribus diversum esse, quibus domino fundi accedunt, ait Schneidvvin. *ad d. §. I. h. t.*

34. Sata in alienâ terrâ statim domino terræ acquiruntur, § 32. *J. b. t. l. 9. pr. ff. b. t. l. 25. §. 1. ff. de Usur. l. 11. C. de R. V. b. f.* tamen possessori idem jus erit quod in præced. modis per *alleg. LL.*

35. Fructus bona fide (quæ ei pro dominio est, *l. 49. ff. de V. S. l. 136. ff. de R. I.*) rem possidens omnes, tam naturales, quam industriales suos facit percipiendo §. 36. *J. l. 48. ff. b. t. l. 25. pr. & §. 1. l. 28. ff. de Usur. l. 78. ff. de R. V. l. 13. ff. Quid. mod. usufr. am. & consumtos quidem irrevocabiliter l. 40. ff. b. t. §. 2. *J. de offic. Jud. l. 4. §. 19. ff. de Usuc. l. 41. §. 1. ff. de Re Jud.* etsi factus sit locupletior, *d. ll. l. 4. §. 2. ff. Fin. reg. l. 22. C. de R. V.* ante consumptionem revocabiliter § 35. *J. l. 48. ff. b. t. l. 4. §. 2. ff. Fin. reg. l. 22. C. de R. V.* Pendentes omnes restituit *l. 44. ff. l. 22. C. de R. V.* Mala f. Possessor omnes omnino tam exstantes, quam consumtos tam perceptos quam percipiendos § 35. *J. b. t. §. 2. *J. de offic. Jud. l. 33. ff. l. 5. C. de R. V. l. 10. §. 20. ff. Qua in fraud. cred. l. 2. C. de fruct. & lit. exp. ratione ad petiorem non possessorem factâ l. 62. §. f. ff. de R. V. l. 4. C. Unde Vi. l. 39. §. 1. ff. de Leg. I.* etiam quos inhonestè percepit, *l. 27. cum seqq. l. 52. l. 56. ff. de her. pet. restituere tenetur & hæredem etiam obligatum relinquit, l. 11. ff. de divers. & temp. præsc. l. 11. C. de Acq. Poss. l. 2. C. de fruct. & lit. exp. & ibi. Perez n. 3.* Qui autem b. f. possessor fuit, à tempore scientiæ in mala fide est, & fructus suos non facit *l. 23. §. 1. l. 40. l. 48. §. 1. ff. b. t. Frantzk. comm. ad ff. tit. de Rei Vind. n. 45. & seqq.* Exstantes autem fructus vindicantur, consumti condicuntur, *l. 22. §. 2. ff. de pign. act. l. 3. C. de cond. ex L.* Post L. C. percepti vel percipiendi officio Judicis restituuntur, § 2. *I. de offic. Jud. l. 22. l. 68. ff. de R. V. Boccr. cl. 5. d. 4. th. 31.***

36. Specificatio est in alienam rem novæ speciei introductio. Sutholt. *D. ff. 4. th. 51.* Ut si quis ex alienis tabulis navim, uvis mustum &c. fecerit § 25. *I. l. 5. §. 7. ff. b. t. & aut species,*

290
cies b. f. facta reduci potest, & manet dominus, qui fuit, ut scyphus in massam, navis in tabulas § 25. I. l. 7. § 7. l. 24. ff. b. t. l. 78. § 2. ff. de Leg. III. l. 61. ff. de R. V. Si reduci non possit, is dominus est, qui fecit, ut navis in arbores, vinum in uvas. l. 26. ff. de A. R. D. cum LL. all. domino tamen priori contra b. f. facientē consulitur actione in factum l. 23. § 5. ff. de R. V. l. 3. § f. ff. ad exhib. l. 11. ff. de prae. verb. mal. f. Possessor ad exhibendum tenetur, l. 9. § 3. l. 12. § 3. ff. ad exhib. Frumentum verò non est ejus, qui excussit, non enim tam novam speciem fecit, quam eam quæ est, detexit l. 7. § 7. ff. b. t. ex qua § 25. I. b. t. complenda, nec qui lanam alienam coloravit l. 26. § f. ff. b. t. Si ex sua & aliena materiâ fecit speciem, ut ex suis & alienis medica mentis collyrium, est specificantis, quia cum parte materiæ operam impendit § 25. I. l. 27. §. 7. ff. b. t. Quod si alieno nomine facta sit voluntate domini, vel reduci nequeat, erit ejus cujus nomine facta, l. 24. l. 27. § 1. ff. b. t. Huc referunt Confusionem & Commixtionem.

37. Confusio licet quandoq; pro commixtione & contra, l. 3. § 2. l. 5. ff. de R. V. l. 7. § 8. ff. b. t. ponatur, propriè tamen est, quando duæ materiæ liquidæ duorum dominorum, seu casu, seu consultò f. b. l. m. fide volentibus vel invitis dominis coagulatur, ut si vina confusa, aurum in massam redactum § 27. I. l. 7. § 8. ff. b. t. Et hæc si separari non possunt manet corpus pro portione commune § 27. I. l. 7. § 8. ff. b. t. l. 3. § 7. l. 4. ff. de R. V. & si b. f. confusio facta, res pro parte vindicari potest d. l. 3. § f. vel communi dividendo agi l. 4. pr. l. 5. § 1. ff. de R. V. ut is hoc amplius ferat, cujus materiæ preciosior l. 4. in f. ff. b. t. vel totum uni adjudicabit, hunc verò in certam pecuniæ summam alteri condemnabit, § 5. § de offic. Jud. Si dolo malo, ad exhibendum, ut & in ea precii ratio habeatur, & furti agi potest l. 4. ff. de R. V. Si deduci possint non erit corpus commune, sed cujusq; res manet l. 12. § f. ff. de A. R. D. l. 5. § 1. in f. ff. de R. V. nec communi dividendo agi potest d. l. 5. sed separata per actionem ad exhibendum arg. l. 6. ff. ad exhib. vindicantur l. 5. ff. de R. V. Boer. et. 5. d. 5. th. 45.

38. Commixtio est duarum materialium solidarum in unum corpus collectio, ut frumenti. Quæ si dominorum volunta-

C 3

te

te facta sit, corpus erit commune § 28. *J. b. t. & ad separationem communi dividundo agetur, l. 5. pr. ff. de R. V.* Si casu vel sine voluntate dominorum mixta, non erunt communes *d. §. sed singulis in rem actio competit pro modo frumenti d. l. 5. ff. de R. V.* si certum quantum fuerit, quod si ignoretur quisque; pro rata quantitatis vindicabit *arg. l. 3. inf. junct. l. 5. ff. d. t. certam autem quantitatem allegante uno, locus erit juramento l. 1. §. 40. ff. de pos. arbitrio verò judicis committitur aestimare cujus bonitatis fuerit, d. § 28. inf. J. b. t.*

39. Ultimus Acquirendi Modus Jure Gentium est Traditio, qua Dominus rem corporalem justa ex causa, alii eam acquirere volenti, hoc animo permittit, ut in illum dominium transferat, § 40. *J. b. t. l. 9. §. 4. & seqq. ff. b. t. l. 31. ff. cod. l. 20. C. de pact. l. 1. § 2. ff. de publ. in rem act.* Nihil enim naturali æquitati conveniens magis est, quam voluntatem domini rem transferre volentis ratam haberi, *d. § 40. b. t.* Estque; vel Vera vel Ficta. Vera est, quæ tradens possessionem rei mobilis transfert & accipiens eandem corpore & actu apprehendit, *l. 15. 21. ff. de Acq. Poss.* Fictaque; vel in personam certam vel incertam, ut jactu Missilium *de quo Thef. 17. dictum.*

40. Ficta est, quæ res pro tradita habetur, cum non revera tradatur *d. l. 15. 21. ff. de A. P.* fictaque; vel sine nota, ut si rem apud te depositam tibi vendidero, donavero, § 43. *J. l. 9. § 5. ff. b. t. l. 1. § 21. ff. de A. P. l. 9. §. 1. ff. de Public. in rem act. l. 9. §. f. l. 10. l. 15. ff. de Reb. cred. diciturque; Traditio brevi manu l. 43. § 1. ff. de Jur. dot. vel si pecuniam debitam tibi in conspectu tuo ponam, l. 79. ff. de solut. l. 15. pen. ff. de A. P. diciturque; traditio longæ manus, l. 79. ff. de solut. Vel nota & symbolo quodam, ut si merces vendiderim & claves in re præsentem emtori tradiderim, § 44. *J. b. t. l. 9. §. 6. ff. d. t.* Ita enim traditis clavibus, mercium possessio tradita videtur, & confestim emtor, si venditor sit dominus, dominium & possessionem nanciscitur, *l. 74. ff. de Contr. empr. l. 1. § 21. ff. de A. P. vel tradito instrumento super re confecto l. 77. ff. de R. V. l. 1. C. de donat. signatione rei emptæ l. 14. §. 1. ff. de peric. & com. rei vend. custodis appositione l. 51. ff. de Acq. Poss.**

41. Ad justam autem traditionem requiruntur, i. ut tradens habeat

habeat tradendi potestatem, qualem habet dominus § 40. J. & U.
alleg. procurator cum liberâ § 42. J. b. t. l. 9 §. 4. ff. d. t. l. 54. ff. de
R. J. l. 58- l. 60. ff. de procur. l. 60 §. 4. ff. mandat. c. 4. de procur. in 6.
l. 7. ff. de pecul. creditor, qui pignus ex debitoris voluntate alie-
nat, § 1. J. Quib. alien. lic. l. 2. l. 4. ff. de pign. act. l. 46. ff. b. t. tutor
l. 27. ff. de admin. tut. l. 7 §. 3. ff. pro emptor. curator, l. 8. pr. ff. de
reb. eor. qui sub. tut. l. 16. l. 22. C. de admin. tut. vel. cur. 2. Ut habeat
animum transferendi dominium § 40. J. l. 9 §. 4. l. 35. ff. b. t. l. 55. ff. de
O. & A. l. 3 §. 8. ff. de cond. caus. dat. quod fit, si norit rem esse suam
d. l. 9 §. 4. l. 35. ff. b. t. tradatq; justa causa tituloq; habili præceden-
te l. 31. ff. b. t. l. 26. ff. de donat. l. 20. C. de pact. circa quem si error in-
terveniat, non obest, quo minus dominium transferatur. l. 36. ff. b. t.
modo utriusq; par affectus in tradente & accipiente, & in eundem
finem consentiant. l. 55. l. 57. ff. de O. & A. l. 18. ff. de Reb. Cred. Si au-
tem erratum sit in corpore, non transit dominium l. 36. ff. b. t. junct.
l. 34. ff. de Acq. Poss. & 3. ut reverà secuta sit acceptio, ad quam re-
quiritur, ut res sit vacua arg. l. 26. ff. de don. int. vir. & U. l. 3 §. 5. §.
7. l. 6 §. f. l. 22. ff. de Ac. Poss. l. 1 §. 1. ff. d. r. l. 50. ff. de R. V. Contius r.
Diss. 8. Sutholt. 4. diff. 36. Et si ex causa venditionis res tradita
est, necesse est, ut precium sit numeratum, vel alio modo emptori
satisfactum, § 42. J. b. t. l. 16. l. 53. ff. de contr. empt. l. 8 §. pen. ff. de
trib. act. l. 15. ff. de R. V. l. 9 §. 3. ff. de pign. act.

42. Incorporalium rerum nulla propriè traditio l. 43 §. r.
ff. b. t. sed usus eorum jurium pro traditione habetur l. f. ff. de serv.
l. 1. in f. de serv. prad. rust. l. 3. ff. de Usufr. l. 11. § 1. ff. de Publ. in rem.
act.

43. Dicendum esset jam de Actione Domini l. 18. ff. de U-
sur. Rei nempe Vidicatione, sed quia præsignis materia paucis
lineolis includi nequit, ne modum migret Disputatio, hic
cum DEO finem facimus, Ejus Augustissimo

Nomini

SIT LAUS ET GLORIA
SEMPITERNA.

Ad

Ad Eximium & Doctiss.

DN. RESPONDENTEM

A Primâ mutis Te ætate vacare magistris,
ipsa facit de te publica fama fidem.
Nec minus à vivâ dependes voce docentis,
cujus me testem sedulitatis habes :
Ex quo etenim nostris heïc usus es ipse camænis,
Tu mihi de studiis ac probitate places.
Et nunc ipse probat laudabilis exitus acta,
dum scandis dōcto pulpita nostra pede.
Pergito sic omni nisu, Doctissime KLEINI,
Lucida sic Patriæ es stella futura tuæ.
Sic tibi mox cedent solenni jure Quiritum
pro meritis dignum pulpita nostra decus!

gratulabundus ser.
PRÆSES



Humaniores literas probè discis,
Et jus utrumque gnarvus excolis, KLEINI.
Quid auguremur? Juris, ipse non nescis,
Sunt, & fuerunt semper Antesignani,
Qui suaviorum gratias Camenarum
Themidi severa debitâ arte junxerunt.

A. Tscherningus, Prof. P.

IN castris Themidos si sic decurrere perges,
Omnes Te KLEINI κλένιον ore ferent.

Thomas Schmidt/ Rost.

